

iussit, ob quam liberalitate (*sic*) | eius statuam universae curiae d. d. pec. sua posuer.

*Mactari in provincia Africa (Eph. epigr. 5, 1173 = VIII S. 11815 J. Schmidt vidit ectypum).* — 1) *Acta urbis accepit Mo. de actis publicis diurnis (diurna urbis acta appellantur etiam a Tac. ann. 43, 31; acta urbis, vit. Comm. 43, vit. Alexandri 6); sub hoc procuratore eorum actorum curam videri gessisse libertos Augusti ab actis (cf. infra).* — 2) *Iudice Mommseno idem qui alibi dicitur procurator quadragesimae Galliarum; effici autem ex hoc titulo, ait Mo., procuratorem quadragesimae Galliarum iudicavisse inter mancipes et negotiatores, idque magni momenti esse ad universam vectigalium administrationem recte intellegendam.*

**1411** Q. Iulio Maximo | Demetriano e. m. v.<sup>1</sup>, | fisc. adv. XL Galliaru[m], | proc. XX hereditatum | per Umbr[iam] et Tusciam, pra[ef.] veh[icu]lor. | per B[e]lg[ic]am et duas | G[e]rman., singularis in[tegritatis viro, pat. pub., | L. Munatius Saturninus | [a]vunculo, loco ab or[din]e impetrato, s. p. p.

*Sidi Amor Djedidi, ubi Zamam fuisse ex Eph. 5, 289 (= C VIII S. 12018) cognoscitur (VIII S. 12020 I. Schmidt vidit ectypum).* — 1) *Egregiae memoriae viro.*

**1412** P. Cominio P. f. | Cl. Clementi<sup>1</sup> | praef. classum praet. | Misenns. et Ravenn., | praeposito a cēns.<sup>2</sup>, proc. | Aug. XX her.<sup>3</sup>, proc. Aug. provinc. Lusitan., proc. Aug. | prov. Daciae Apolensis (*sic*), | subpraef. ann., proc. Aug. | ad famil. glad. Transpa., | proc. Aug. XX her. per Hisp. | citer., omnib. equestrib. milit. funct., pontif., pa[tron]. coloniar. Conc. | Aquil. Parmens. Venafr., ordo Conc.

*Concordiae (V 8639 vidit Mommsen).* — 1) *Eiusdem Comintii Clementis nuper Concordiae prodit alter titulus, sed mutilus (Bertolini Notizie 1890 p. 473), ex qua apparet militis eum functum esse sub M. Aurelio.* — 2) *Cf. Mommsen Staatr. III p. 490 not. 2.* — 3) *Procurator Augusti vicesimae hereditatum (videtur vicesimam hereditatum curavisse Romae, cum antea fuerit procurator vicesimae hereditatum per Hispaniam citeriorem; cf. Hirschfeld Verw. p. 67).*

**1413** P. Ael. Sempro[ni]o Lycino om[nibu]s | militiis equestribus ornato, proc. XX h. | per provinc. Narbonensem et Aquitanicam, | proc. provinc. Daciae Porolensis, proc. CC | Alexandriae idiu logu, | G. Fab. Titi[an]us, a militis, municeps eius, | amico incomparabili.

**1414** P. Semp. Ael. Lycino proc. Augg. nn. | prov. Syriae Palæstinae, proc. | hidu logi (*sic*), proc. Daciae Porolensis, | proc. XX h. provinciarum Galliarum | Narbonensis et Aquitaniae, item omnibus | equestribus militiis perfuncto, | Q. Blaesius Apollinaris.

*Ancyrae (III S. 6757, 6756 Mommsen vidit ectypa).* Titulus N. 1413 positus est Lycino cum esset procurator ducenarius Alexandriae ἰδίον λόγον sive idiologus (cf. C. X 4862), N. 1414 postea, cum esset procurator Syriae Palæstinae.

**1415** Q. Plotio Maximo | Collin. | Trebellio Pelidiano | eq. pub., | trib. leg. II Traian. fort., | trib. coh. XXXII volunt., | trib. leg. VI Victric., |